



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concor=||dia Discors,|| Sive || Qverimonia Catholicae  
Christi || Iesu Ecclesiæ**

**Lindt, Willem van der**

**Coloniae, 1583**

**VD16 L 1926**

Capita Et Methodvs Dedicatoriae In Discordem Aliqvot Protestantium  
Germanorum Concordiam ann. 80. quadam imaginaria Syncretismi specie  
initam ad Sereniss. D. Imperatorem Radulphum II. Austriacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34269**

# CAPITA ET METHODVS

Dedicatoria  
Methodus  
Capita.

DEDICATORIAE IN  
DISCORDEM ALIQUIT PRO-  
testantium Germanorum Concordiam ann. 80.

quadam imaginaria Syncretismi specie  
initam ad Sereniss. D. Impe-  
rаторем Radulphum  
II. Austriacum.

**V**òd frustrà Hæretici omnes  
contra vnam Catholicam Ie-  
su Christi Ecclesiam varia  
suas inter se ipsi moliuntur Cō  
cordias, quum spiritu Discordiæ agan-  
tur: qui semper sibi non potest non dis-  
sentire, ideoque illæ nec firmiter coire,  
nec diu stare saluæ possunt, non magis;  
quam olim Arrhianorum perfidia Syno-  
dolis minimum XII. suffulta, vt nec ra-  
bies Caluinistica, plurimis licet conuen-  
ticulis passim nunc luxurians.

De callido aliquot Protestantū Syn-  
cretismo, quē anno 80. varijs artibus &  
astutis strophis commoliebantur: sed  
quem nobiliora plurima illius semichri-  
stianæ Confessionis Augustanæ mem-

V bra,

bra, vt & præclariores plurimi eiusdem professores, meritò refutarint: qui suo præiudicio illam fictitiam Lutheranorū dictam concordiam liquidò vanitatis condemnant. Vnde liquet eam diu stare non posse. Sunt enim & inter eos quidā Protestantium Eccl. Ministri: qui à ludo Superintendente in Germania constituti Dom. Christi gregem pascunt, ne dicam diglutiunt prætextu Euangelij Saxonici: quod liquido demonstratur.

3. Quod Germania isthoc exitiali Religionis dissidio laboras certo, et eidem ineuitabili sese parat exitio, varia sibi erigens Idola, ruinosaque altaria: quæ Deus ipse iuxta Prophetias euertet, vt olim Arrhianorū, Macedonianorum, Entychianorum, Eunomianorum, Monothelitarum, Acephalorū & similium errorum vano semichristianæ fidei titulo gloriantium atque florentium quidem ad tempus quoddam, sed citò evanescunt.

4. Quam insano teneatur nouæ doctrinæ studio isti huius tempestatis Pseudo Prophetæ; qui suam subinde doctrinā, vt ipsi quidem iactitant, Evangelicam in stolidi & inconstantis, variantisq; populi gratiam non semel commutant im  
mō

## DEDICATORIAE.

307

mō plebi cæco iudici offerre non dubit  
tant arbitrium, quodnam omnium isto-  
rum nouatorum audire tandem libeat  
Euangelitam?

Cum Catholici diuinam habeamus  
promissionē varia ista nouorum Dog-  
matum idola à Deo indubie subuersum  
iri, dandam esse pijs omnibus, & in pri-  
mis Sereniss. D. Imperatori operam, vt  
sublatis per Germaniam Religionis dis-  
fidijs prœcul dubio ipsi ineuitabiliter exi-  
tialibus, vna fide Apostolica, & eadē Eu-  
angelica, vnoq[ue] ore colamus Deū Pa-  
trum nostrorum.

Non audienda illorum consilia præ-  
postera & inconsulta, qui gliscentibus  
in dies Hæresibus opinantur Doctorū  
scriptis, colloquijs, aut Synodalibus po-  
tissimum remedijs occurrendum nō es-  
se: cùm aliud indubitatum horū exitiali-  
um malorum nostrorum non sit reme-  
dium, quam in Synodis Episcoporum  
Canonica omnium tam Cleri, quam au-  
læ, ac populi deformationum & abusu  
reformatione vigentibus. Vbi & Anti-  
pophra quorundam refellitur, qui opi-  
nantur nihil cōtra Hæreses passim grar-  
fantes scribendum: quod satis, vt inqui-  
unt, in Concil. Trident. sunt damnatæ:

5.

6.

V. 2 AB

2)

388 CAP. ET METHODVS

7. Ab exemplis contrarijs prudentissimorum Maiorum nostrorum.
8. Ad Synodos ergo redeundum, si religionem Christianam, immo si rem publ. & ipsum adeo imperium Rom. cupimus saluum, ubi de tollendis Synodorum impedimentis aliquot agitur; puta ut sine graui sumtu illuc conueniant Episcopi, Abbates, & ceteri, ac sine aulica pompa & luxu omni; non ad conuiuia, non ad delicias; sed ad preces, ieiunia & nudipedia more piorum Maiorū nostrorū.
9. Ab exemplis varijs piorum Principum: qui simili orta Reipubl. temestate suo non defuere officio Christiano in falariter cogendis Episcoporū suorū Syndicis pro conseruanda vnius fidei certō Christianæ concordia, & Reipubl. tuæ salute vindicanda, & stabienda, simul & tuenda.
10. A dissimili, quantū his annis laborarunt aduersarij pro stabienda sua noua & Deo exosa Conf. Aug. superstitione.
11. Quidnā pijs Principibus faciendū, si suo deesse videantur officio in sedandis Religionis dissidijs Ecclesiastici?
12. Officium Principū Christianorū exponitur, quod periclitanti debent Religioni, pricipue quādō ab Hæresibus gravitas.

## DEDICATORIAE.

369

Santibus certissimum, atq; adeo præsentissimum suo etiam regno impendet periculum.

Esse Principum Christianorum non solum Hæreses inualescentes, & interitū Republic. suæ intentantes legibus æquissimis, sed nō inanibus & papyraceis edictis retundere, sistere, euellere, extirpare: sed grauiores Clericorum etiam abusus, certissimas illarum origines, per Synodos Ecclesiasticas seueriter castigare, atque rigidè ad Canones denuò redigere.

Ab exemplis Caroli magni, & Lude-

nyci pij, & aliorum.

Non differendam Synodū Germaniq; quia Episcoporū quidam parum videntur spei præbere. Nam & Euphratā Ari-anum Hæreticum Colonien. Synodus DD. Seuerini & Seruatij nostri degrada-tum ordine mouit; & Episcopos Baua-ros atq; Saxonicos Synodus Moguntina D. Bonifacij castigauit. Vbi depingūtur graphicè, qui cogendis per Germaniam Synodis obstreput suo metuentes & pi-gro ventri, Bulgæ insatiabili, & delicate culinæ.

A contrario exemplo aduersiorū. Vbi exponitur quantum laborarint no-

V 3 stri

13.

14.

15.

16.

370 CAP. ET METHODVS

stri temporis Hæretici in Gallia, Hel-  
uetijs, Anglia, Germania & Belgica pro  
suo quisque nouo Euangeliō statuendo.

371

Collatio diligentiae Catholicorū pu-  
dendæ cum aduersarijs; & quantum re-  
periantur suo defuisse Ecclesiastici offi-  
cio: quorum causa potissimū fuit, Chri-  
sto Germanis fauente, Concilium Tri-  
dentinum habitum ac legitimè absolu-  
tum.

372

Non despondendum animū pio Im-  
peratori Radulpho, etiamsi Episcopo-  
rum paralyſi quadam laborantium au-  
xilio videatur destitutus, sed suo vten-  
dum & nunc esse confidenter officio, di-  
uinitus imposito, vt Iosaphat Ezechiae,  
Iosiae, ac Iouiano: qui vnuſ Athanasij,  
vt olim Iehu pij Ionadab filij Rechab  
fretus consilio & auxilio, vniuersę Chri-  
sti Iesu Ecclesiæ moliebatur ex ſeuilli-  
ma vbiq; grassantis Arrhianismi procel-  
la tranquillitatem.

373

A minori, quantū pridē à Principibus  
Catholicis laboratū pro extirpando Pó-  
tificum Rom. schismate, vnde minus e-  
rat Reipubl. Christianæ toti periculum,  
quam nunc nostris ab Hæreticis in om-  
nes hominū status feditiosissimis ni-  
fint vires.

Anet

## DEDICATORIAE.

311.

A necessario, quod iuxta infallibilem  
Dominii Christi Iesu prophetiam Rom.  
Imperio ex istis intestinis Religionis  
Christianae dissidijs, & mutuis Hæreti-  
corum natura seditionisssimorum discor-  
dijs ineuitabile impendet exitium. quod  
liquidissimis Græcorum, Gallorum, Iu-  
dæorum & Belgarum demonstratur ex-  
emplis.

20.

A diuersi studio: qui  
nullum non mouent lapidem, vt aliqua  
inter ipsos, licet irreconciliabiliter dissi-  
dentes, populo Germanico in speciem  
appareat vnius Euangelijs concordia: quæ  
in eo sita est, quod omnes Catholice ad-  
uersantur Christi Ecclesiæ, tametsi mu-  
tuò sibi dissonantes, alijque aliud crepā-  
tes Euangelium, ac se mutuò erroris sa-  
cilegis condemnantes, librosque, & ip-  
pos adeò Syneuagelicos fratres flammis  
tradentes atrocibus.

21.

Quam certus concordia in Religio-  
ne fructus sit consequuturus, si Germa-  
niae Principes serium viderint Impera-  
toris studium ad execranda, & quodā  
Dei zelo ipsis exosa Clericorum & Mo-  
nachorum vitia per Synodum Ecclesia-  
sticam quærat, quæ Christi sunt.

22.

Quam certa pijs sit spes reducendæ

23.

V 4 per

## 312 CAP. ET METHODVS

per Canonicam Synodum ad fidei unitatem Germaniarum; cum Protestantes paucis dissideant à Catholica Ecclesia Dogmatibus, sex aut summum octo: in principiis vero adhuc fidei capitibus illi concordes.

24.

Declaratur indubia conciliandæ cum Principibus Protestantium Concordiæ spes à pia ipsorum professione disertis verbis contestata. Vbi ratio concordiæ cum Romana Ecclesia ipsorum libris oblata expeditur, & paululum ad veri normam castigatur.

25.

Spem hanc piæ subsequuturæ cū Protestantibus Concordiæ haud mediocriter augent illæ nuper ipsorum Legationes ad Patriarcham Constantinopolitanum; à quo suam Confessionem Augustanæ Græcè conuersam haud ita pridem approbari non sine muneribus ambierant. Exponitur causa cur falsam Euagelij Germanis initio prædicati Da Chythæus finxerit originem.

26.

Demonstratur magna veritatis vis, quæ inuitis etiam aduersarijs sese ipsorum testimentijs statuit firmius; vt insano- rum more ipsi suo sese perdant telo. Nā enumerantur Dogmata controuersa, quæ Græci illi, ethi Dalecis aliquotente-

tatib.

tati, his literis à Dauide Chytræo in lumen nuper editis liquidò & nobis confirmant, & Protestantes sui à Catholica Christi Ecclesia nefarij schismatis condemnant, Discordiæque Sathanicæ manifestò euincunt.

Legationem Protestantum ad Græcos super sua cum illis in fidei Dogmatibus concordia in contrarium ipsis accidisse: cùm epistolis suis iam nunc declarant se ab ipsis in præcipuis fidei articulis dissentire, nobisque suffragari Catholicis. Aperitur etiam causa cur à miseriis Græcorum reliquijs non paucorum errorum suspectis potius, quam ab incorruptis ipsorum Patrum veterum scriptis suæ nouæ Augustanæ superstitionis confirmationem petere maluerint.

Quòd Protestantes sibi iam pridem ipsimet prejudicarunt in Dogmatibus diuinæ Transsubstantiationis, & alijs: quæ in sua prima Apologia testimonij Græcæ Eccl. constabiliunt.

Exhortatio à spe ineundæ feliciteter cum Protestantibus tandem Concordiæ: potissimum, quia modo sunt à Patriarcha Constantinopolitano

27.

28.

29.

V s suo,

314 CAP. ET METH. DEDIC.

suo, vti sperarāt patrono capitibus fidei  
minimum 32. solide atque liquido refū-  
tati, adeoque Catholicis concorditer cō-  
demnati. ybi declaratur quām ingens,  
vereque immortalis gloria Imperatore  
Radulphum sit supra suum Patrum Ca-  
rolum V. A. & auum Ferdinandum A.  
consequutura, quod suo iam nominis  
Pheronymos zelo fidei Apostolicæ, at-  
que eiusdem certò Euangelicæ instiga-  
tus studuerit Concordiam Religionis  
Rom. Imperio in Germania reddere, at-  
que singulare illud Consilij Tridentini  
trophæum à Deo Germanis præcipua  
clementia, pietateque paterna ad salutē  
iam pridem erectum suo usui tandem  
salutariter dare, stabilire, propagare, se-  
duloque tueri.

30.

Epilogus.

CON-